



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

35. Walcandus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

Testatur & hoc, quòd cum Romano Pontif. Leone, Carolo Imperatore, alijsque multis interfuit solemnì Canonizationi S. Swiberti. Et illud, quòd ab eodem Pontifice obtinuit. vt Ecclesias honori Dei, & B. Mariæ Virg. dicatas, Tungris, Vifeti que consecraret.

XXXV. WALCANDVS.

IN Eremo Arduennate, loco, qui Andainum dicebatur, Clericos in Monachos commutauit: deditque, vnde commodè alerentur, & Magno Deo seduli deseruirent. Eò se contulerunt, tum alij, tum aliquot è Canonicis Cathedralis Ecclesiæ S. Lamberti. Iisdem Monachis Walcandus Corpus S. Huberti primi Leodiensis Episcopi, concessit, annuente Pontifice, Ludouico

douico Pio, Caroli Magni Filio, & Synodo Prouinciali, Aquisgrani habitâ. Idem Corpus ipse, splendidissimâ cum pompâ, ipso etiam Imperatore comitante, eò transtulit, & Locum magnis redditibus dotauit.

XXXVI. PIRARDVS.

VTi priores Episcopi, Catholicus vixit, Catholicus obiit, & Populum sibi commissum, Successori Catholico Catholicum reliquit.

XXXVII. HIRCARIVS.

Hircarius itidem, nihil à Catholicâ Doctrinâ deflexit, nihil in Populo diuersum passus est.

XXXVIII. FRANCO.

E Monacho Lobienſi, Episcopus Leodiensis factus est.

Nort-